



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 85. Florentiæ Ducis consilia de subigenda Senarum Republica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Bello dissensiones foveret, ac Caraffa Cardinalis cum Philippo II. reconciliari inciperet, hinc recedens praelii, cujus exitus adhuc dubius videbatur, discrimen subire haud consultum censuit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1557.

§. LXXXV.

Florentiæ Ducis consilia de subigenda Senarum Republica.

Cum igitur Galli in Neapolis Regno sinistra jactarentur fortuna, Cosmas Florentiæ Dux Senas subigere moliebatur, cum ad hoc consilium strenue exequendum, opportunam admodum occasionem sibi offerri existimaret, eo quod Hispanorum res ad eam redactæ fuissent conditionem, ut Ducis auxilium vix non necessarium esset. Eapropter Cosmas Philippo II. hæc exponebat: „jam dudum belli pro te, tuoque Patre haud infeliciter gesti expensis succumbo, quin hucusque obsequii mei præmium acceperim, quinimo nequidem sumptus, quorum restitutio fuerat promissa, mihi fuere compensati: præterea non sine animi mei moerore intelligere cogor, in eo rem jam esse, quod Senensis ditio Caraffis cedatur, ut proin eosdem mihi vicinos haberem, quos tamen unice Hispanorum partibus accedendo mihi

*Pallav. hist.
Conc. Trid.
l. 14. c. 2.
num. 1.
Thu. l. 5.*

Sæcul. XVI. „infensos reddideram, adeo, ut dein-
A.C. 1557. „iceps ditio mea continuo exponatur pe-
 „riculo.„ Cosmas equidem haud i-
 gnorabat, Hispanos nunquam eo incli-
 nasse, ut Caraffis Senensem Rempubli-
 cam relinquerent, nihilominus, cum Pon-
 tificex hanc urbem in pacis articulis,
 quos is Albæ Ducī proposuerat, sibi tra-
 di peteret, exinde Dux querendi occa-
 sionem captabat, addens, quod merito
 Philippus, si hanc civitatem cedere vel-
 let, haud alteri, quam Florentiæ Ducī
 tradere, æquitatis legibus adstringatur,
 unde id serio perpendi, ac desuper re-
 sponsum dari postulabat, eo quod ad re-
 sponsi tenorem sua quoque consilia di-
 sponere cogitaret. Cunctas hæc ra-
 tiones Philippo Regi exponere, Ludo-
 vicus Toletanus jubebatur.

§. LXXXVI.

*Papa a Florentiæ Duce per simulatum
 fœdus cum Gallis deceptus.*

*Narrat. Na-
 vigarii apud
 Pallav. l. 14.
 c. 2. n. 2.*

Sub idem tempus Florentiæ Dux sum-
 mum Pontificem per Gianfiliaccium
 ad pacem ineundam sollicitabat, eidem
 exponens, quod ipse nullas concordiæ
 conditiones respueret, dummodo nil si-
 bi, nec suis ditioibus a Gallorum po-
 tentia timendum foret, quam tamen
 securitatem absque arcti fœderis vincu-
 lo sibi haud polliceri posse affirmabat.

Ad